



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ab|roganda Missa || Privata Marti-||ni Lvtheri ||  
Senten-||tia**

**Luther, Martin**

**Wittembergae, 1522**

**VD16 L 3619**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33296**

Hoc seruum est, Esse uobis donatum prae ceteris, ut pura & prima  
tiuam Euangelii faciem uideatis, nunc quoniam & spirituum amu-  
latores facti estis, uestrum est, eandem faciem proferre in lucē,  
& aliis quoq; exemplo uestro spectandam prebere, tantum id  
curetis, ut unanimiter idem & sapiatis & faciatis, & mutuas ma-  
ius porrigitis sine disceptatione. Quod si quis infirmus est, olus  
manducet & manducantē nō iudicet, tursus qui firmus est, non  
manducantē non spernat. Cæterum si aduersarii uel etiā amici,  
qui res nouari a uobis ægrius ferent, pro humana illa pruden-  
tia & ciuitate malignius uestrum propositum interpretati fue-  
rint. Scitote, quoniam nisi theatrum sitis, deo, angelis & homi-  
nibus, nondum Christiani estis. Quis enim omniū obstruat ost-  
aut quis omnibus & singulis propriam rationem reddat? Ve-  
tus prouerbium est, eum qui ædificat in publico, multos ma-  
gistros habere. In omni spectaculo plures sunt spectatores quam  
actores. Sint hominum uerba & maneant folia. Sint hominum  
iudicia & maneant bullæ, uos quod conscientia secundū deum  
dictat, absq; perfonarum respectu sequamini. In hoc enim uo-  
lui hanc Epistolam libro non uno prolixiorē ad uos confir-  
mando mittere, ut cooperator & particeps fierem uestri spiritus  
in Christo. In quo si non frustra laborauī, gratias ago domino  
qui uos multiplicet, augeat & seruet in cognitione Ihesu Christi,  
domini nostri, cui est gloria in omnia seculorum Amen.

Scitis. Adagium:

IMPRESSVM VVITTEMBERGAE  
MENSE JANVARIO.  
AN. M. D. XXII.

